



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

II. Quam sit hoc animarum conuertendarum studium excellens, quantique
meriti ac valoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

CAPVT II.

Quàm sit hoc animarum conuertendarum studium excellens, quantiq; meriti ac valoris.

HOC saluti animarum incumbendi studium ac propositum tam sublime & eximium est, vt propter hoc vnus ipse vnigenitus Dei filius celo descenderit, & homo factus sit: & illud ipse opere executurus, Apostolos selegit, eos è piscatoribus piscium piscatores hominum constituendo. Nam, vt Sanctus Dionysius Areopagita ait, *Omnium diuinorum, & operum, diuinissimum est cooperari in salutem animarum* Et magnus Chrysostomus, *Nihil ita gratum est Deo, & ita curat, vt animarum salus* docente nimirum & palam adherente Apostolo, *Qui omnes gentes homines vult saluos fieri, & ad agnitivum 1. Tim. 2.4. veritatis venire* Et Ezechiele Propheta, *Quis dicitur Dominus Deus? & non vt conuertatur à suis suis, & vivat? Omnes enim veillet Deus saluari & conuerti: proinde qui ei in hoc opere cooperatur & adiuvat, rem præstat omnia quas homo in hac vita agere potest excellentissimam, Deoque gratissimam. Et si, ait Chrysostomus, immensas pecunias, vniuersas Salomonis opes, omnes Cræsi thesauros pauperibus eroges plus tamen effeceris, si vnam conuerteris animam* Et sanctus Gregorius, *Marius, inquit, est miraculum prædicationis verbo atque orationis solatio peccatorem conuertere, quam carne mortuum suscitare.* Quin imò maius illud est, plurisque à Deo ducitur, quam cælum terramque condere. Id ita esse patet ex re triumque compendio: cælos enim & terram creare, pluris Deo non constitit, quam verbum vnus proloqui; ipse dixit, Gen. 1. & facta

Societate, qua de in præsens loquimur, sentiendum. Nam quo tempore Lutheri hæresis, quæ obedientiam Summo Pontifici abiudicabat, diuinissimi Sacramenti altaris veritatem negabat, & confessionem Sacramentalem oppugnabat, cœpit, eo ipso Societatem Iesu Deus excitauit, cui, Christi Vicario obedientiam præstare, imprimis propositum est, & cuius profecti singulari quodam voto ad eam præstandam se obstringunt; cuique nihil magis curæ est; quam sanctissima hæc Confessionis & Altaris Sacramenta publicè asserere, & ad eorundem vsum frequentiorum, morumque correctionem plebem Christianam exhortari.

Atq; vt Generalis totius exercitus præfectus, cum iam acies inuicem commissentur, & confligunt, ex eminenti aliquo loco pugnae euentum & vicissitudinē cum attentione speculatur, & sicubi & si quando suos periclitari conspicit, quanto citius eò suppetias auxiliares destinat; modo ad dextrum aciei cornu equitum leuis armaturæ alam, modo ad sinistram turmam quandam sclopetariorum submittendo: pari modo Redemptor noster Christus, generalis militiæ Christianæ Ductor & Dominus, semper hætenus, è summo cælorum vertice, Ecclesiæ suæ necessitates dispexit, & prout eam opus habere vidit, ita Doctorum suppetias, & auxiliares Religiosorum Ordinum copias, ad exercitum suum restituendum & reparandum, ei subministravit.

In quo singularis Domini providentia & misericordia mirificè relucet, qui cum manu vna plagam infligit, aut infligi permittit, alia medicamentum offert. Hic ergo Societatis finis est & institutum; & ad hoc nos Deus in illam vocauit, vt in Apostolica confirmationis eiusdem Bulla videre est, nimirum vt fidem Catholicam inter hæreticos propugnemus ac tueamur, inter Ethnicos vero ac Gentiles propagemus ac dilatemus, inter Christianos deniq; bonis operibus illam nauiter conseruemus.

Obedientiã Summi Pontificis, SS. Sacramenta Altaris & Confessionis obedere Hæretici vrget Societas.

Ecclesiã laboranti suppetias miris Dei providentia.

Hæreticos, Gentilibus & Christianis debitores sumus.

Zeli animarum præstantia

Dei opibus

Hom. 2. &

Gen. 1. &

Hom. 3. in ad Corin.

Lib. 12. Dialog. 1. &

Dignitas

Gen. 1. & facta

Et facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Sed animarum saluatio maiori fuit pretio comparanda: non enim verbo, sed sanguinis & vitæ impendio ei stetit.

Quanti porro apud Deum pretij & valoris sit animarum se conuersioni impendere, aperte declarat Ioannes Euangelista, aut ipse potius Christus, ut bis iis quæ de seipso locutus est, dicens, Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam pro hominibus, ut iterum sumam eam, & ut ipsi resuscitentur, mecumque in perpetuum uiuant. Notant hoc loco Patres, non dixisse Dominum, ut quidem posset, Propterea me diligit Pater, quia in principio omnia per me creauit, sed tantum, propterea quod a Patre diligit, quod vitam pro animarum salute exponeret; ut hoc pacto nos doceret, nullum hoc ipso opus Deo esse acceptius uel gratius.

Eodem quoque in sensu exponit S. Thomas id, quod ante paulo idem Dominus de se dixit: Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem, & animam meam pono pro omnibus meis, dicens, non solum eum dicere uoluisse, Ego cognosco Patrem meum plena cognitione, sicut ipse nouit me (quia id iam ante dixerat, ut est ex undecimo S. Matthæi capite uidere, ubi ait, Nemo nouit Filium nisi Pater, neque Patrem quis nouit nisi Filius) uerum etiam, sicut si in mundo filium bene moratum rationem roges eius quod agit, is responderet, Ego cognosco patrem; perinde ac si diceret, Ego eius uelle, libitum ac uoluntatem pernoui; ita Christum Redemptorem non multo ante dixisse, se, sicut bonum pastorem pro ouibus suis animam positurum; & iam, tamquam si rogaretur, Domine cur vitam tuam tam pretiosam pro re tam uili & exigui momenti offers? responderet, Ego agnosco Patrem, quasi diceret, Ego Patris mei uoluntatem & libitum, quia & eius erga oues has amorem perspectum habeo; hinc meam ipse vitam libenter pro iisdem impendo, quod hanc Patris mei uoluntatem & uelle esse sciam.

Hoc ipsum porro & nos emouere debet, ad libenter nos in animarum salutem

impedendos, quod scilicet nouerimus Dei id uelle & beneplacitum esse, & eum, qui huic operi se deuouet, diuinæ maiestati percarum esse, ab eaque amari.

Ad hoc quoque propositum expendit & ponderat Chrysostomus id, quod Redemptor Iesus S. Petro alias dixit, eum tertio petens, num se diligeret, tertio etiam ei respondit: Si diligit me plus his, pasce agnos & oues meas: quasi ei diceret, Amorem illum, quo te in me affici dicis, uolo opere exequaris, & re ostendas, inque in hoc salutis animarum, quas sanguine ego meo asserui, negotio adiuues.

Ad hæc, operis huius excellentia & sublimitas, & quam Deo id sit acceptum, etiam ex ingenti, quæ ei respondet, mercede & corona perspici poterit. Rei huius testis primo erit ipsemet Christus: quem ob hoc opus, quod uidelicet vitam suam pro hominibus exposuit, Apostolus à Patre ait exaltatum, glorificatum, & super omnia creata eleuatum. Propter quod, inquit, Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur: quia Dominus Iesu Christus in gloria est Dei Patris. Idem quoque de eo testatur Psalmista Dauid; De torrente, inquit, in uia bibes, propterea exaltabit caput. Et Isaias Propheta, Si posueris pro peccato animam suam, uidebit semen longauum. Quia inquam pro peccatoribus vitam exposuit, & magnos eorum causa labores & ærumnas perpassus est, propterea eum Pater æternum adeo exaltauit & glorificauit.

S. Gregorius exponens illa Apostoli Iacobi uerba, Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiae suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum; ait, si qui hominem à corporali morte liberat, qui, tamen si hodie non moriatur, eras fortasse tamen moriturus est, magnam mercedem & præmium meretur; e quod ille præmium & coronam meretur, qui animam à morte sempiterna vindicat, & in causa est ut in æternum glo-

Zelus animarum Deo gratissimus.

Serm. de B. Philogono, & de Natiuitate Domini. Amor Deo exhibendus in zelo animarum.

Maxima merces zeli animarum.

Philip. 2. 8.

Psal. 109. 7.

Isa. 53. 10. Christi gloria ex zelo animarum.

Dat Gale nus oper, quid eris medico animarum.



via fruatur, nunquam ut ea possit excedere? Hinc S. Scripturae satis non fuit, dicere eos, qui Christum aliis praedicant, & proximum viam salutis edocent, vitam aeternam adepturos (*Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.*) verum insuper addit, *Qui ad iustitiam erudunt multos, fulgebunt quasi stellae in perpetuas aeternitates;* & in caelo ceu sol quidam & Luna micabunt. Et per Ieremiam Prophetam ait Deus: *Si separaueris pretiosum a vili, animas inquam, quas ego tanti facio, a peccati vilitate, sordibus & scoria segregaueris: quasi os meum eris, quod tantundem valet, ac id quod vulgo dicimus, Oculos & vitam meam non eque caram habeo, mihi oculis ipsis est carior.* Tali ergo modo Deus afficitur erga eum, qui animarum conuersioni & a peccatis auersioni quoquo modo insistit. Anima siquidem pretiosum quid est in oculis Dei, hinc animabus succurrere & mederi, tati ab eo fieri solet.

S. Catharina Senensis, si quem concionatorem per plateas incedentem cernebat, ilico domo egrediens, vestigia & locum, quem is in terra calcarat, magno pietatis sensu osculabatur. Rogata vero cur hoc faceret, respondit, Deo reuelante, se scire quanta esset animarum in gratia Dei agentium pulchritudo & decor: hanc ob causam tati se facere, & felices ducere eos, qui earum conuersioni insisteret, ut quem illi pedibus pressissent locum, ei os suum ipsa infigere, & terram quam calcaissent, osculari non detrectaret.

Ad hanc porro dignitatem & altitudinem nos Dominus euexit, idcirco nos ad Societatem vocauit & traxit; hic noster est finis & institutum, ut nimirum Dei in re omnium altissima ac diuinissima, ipsa inquam animarum saluatione & conuersione simus cooperatores. Vnde & ait Apostolus, *Dei enim adiutores sumus;* &, *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.*

Est hoc ergo officium Apostolicum, officium, ob quod ipsemet Deus de caelo descendit, & sanguinem suum ac vitam impendere non dubitauit; officium deni-

que, propter quod filij Dei vocamur. *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Qui enim huiusmodi sunt, sunt veri pacifici, & beati esse in Euangelio dicuntur, & proinde filij Dei vocandi. Nam S. Hieronymus, Theophylactus, & alij eius loci interpretes, pacificos vocandos censent, non tantum eos qui secum ipsi pacem habent domitis iam & expugnatis passionibus, vel qui pacem inter proximos conciliant, verum etiam illos, qui pacem & amicitiam inter Deum & homines faciunt, doctrina inquam sua peccatores conuertendo, eoque Deo reconciliando. *Beati ergo hi pacifici, quia Dei filij vocabuntur:*

Hoc namque ipsius filij Dei officium ac munus fuit. Vnde de eo ait Apostolus: *Pacificans per sanguinem crucis eius, siue qua in terris, siue qua in caelis sunt: idcirco namque Dei filius de caelo descendit in terram, ut homines Deo reconciliaret, pacemque & amicitiam inter Deum & homines faceret.* Hinc etiam illi recens nato accinuerunt Angeli. *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis.*

Hinc porro ad vilitatem nostram elicere debemus, primo, insignem erga ministeria nostra affectum & amorem, cum ea adeo excellentia, ita Deo accepta, & proximo ita vilia sint.

Secundo, magnam nostri confusionem, quod nos Deus ad tam altum & sublime opus vocarit, cum tamen ipsi eo indignissimi; adhuc quod videam ne quidem de me ipso solo bonam me rationem dare posse, Deum nihilominus aliorum salutem & perfectionem insuper meas in manus consignasse, credidisse.

Est hoc salutare quoddam & vile consilium, quod nobis vir ille Apostolicus B. P. Franciscus Xauerius, utpote veteranus miles, & hac in re exercitatissimus, quidam in Epistola quam ad Patres Fratrumque Lusitanos misit, suggerit. Ait ergo: *Moneo vos fratres carissimi, ut dum munia & ministeria vestra honorabilia, qua habetis, exercetis, & bonam famam & opinionem, quam de vobis mundus concepit, recoli-*

Eccles. 24. 31.

Dan. 12. 3. Ierem. 15. 19. Doctores aureola.

Concionatorum dignitas.

Dei adiutores sumus.

1 Cor. 9. 1 Cor. 4. 1.

Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Qui enim huiusmodi sunt, sunt veri pacifici, & beati esse in Euangelio dicuntur, & proinde filij Dei vocandi. Nam S. Hieronymus, Theophylactus, & alij eius loci interpretes, pacificos vocandos censent, non tantum eos qui secum ipsi pacem habent domitis iam & expugnatis passionibus, vel qui pacem inter proximos conciliant, verum etiam illos, qui pacem & amicitiam inter Deum & homines faciunt, doctrina inquam sua peccatores conuertendo, eoque Deo reconciliando. Beati ergo hi pacifici, quia Dei filij vocabuntur: Hoc namque ipsius filij Dei officium ac munus fuit. Vnde de eo ait Apostolus: Pacificans per sanguinem crucis eius, siue qua in terris, siue qua in caelis sunt: idcirco namque Dei filius de caelo descendit in terram, ut homines Deo reconciliaret, pacemque & amicitiam inter Deum & homines faceret. Hinc etiam illi recens nato accinuerunt Angeli. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis. Hinc porro ad vilitatem nostram elicere debemus, primo, insignem erga ministeria nostra affectum & amorem, cum ea adeo excellentia, ita Deo accepta, & proximo ita vilia sint. Secundo, magnam nostri confusionem, quod nos Deus ad tam altum & sublime opus vocarit, cum tamen ipsi eo indignissimi; adhuc quod videam ne quidem de me ipso solo bonam me rationem dare posse, Deum nihilominus aliorum salutem & perfectionem insuper meas in manus consignasse, credidisse. Est hoc salutare quoddam & vile consilium, quod nobis vir ille Apostolicus B. P. Franciscus Xauerius, utpote veteranus miles, & hac in re exercitatissimus, quidam in Epistola quam ad Patres Fratrumque Lusitanos misit, suggerit. Ait ergo: Moneo vos fratres carissimi, ut dum munia & ministeria vestra honorabilia, qua habetis, exercetis, & bonam famam & opinionem, quam de vobis mundus concepit, recoli-

recolitis, ad non nisi ad confusionem vestram fiat, iuxta illam Prophetam sententiam, Exaltatus autem humilietus sum & conturbatus. Ad quatuor altiore[m] statum & officium te Deus euocauit, tanto magis te humiliet oportet.

Quare quidam de primis priscisque Patribus, scientia æque ac virtute insignis, cum hinc eminentem illum Societatis finem consideraret, illinc vero seipsum intueretur, ita se aiebat confundi, dum nimirum suam insufficientiam, & ad hunc finem ineptiam videret, vt non solum ob suam ad tam sublime munus vocationem non superbiret, verum etiam causa id esset propriæ confusionis, & sui amplius humiliandi occasio. Sic porro & nos facere par est: & sic si fecerimus, nihil plane nobis oberit sublimis, ad quem euecti sumus, staret, nec magnæ & præclaræ sanctitatis, quam de nobis mundani conceperint, opinio, vti nec honor, quem propterea nobis deferent.

Tertio, discere hinc debemus proprio profectui serio, seruentur, & ex animo iacumbere: nam, vt cum proximo agamus, cumque in perfectione promoueamus, solidum & ingens ante virtutum fundamentum iaciamus oportet, vti postea suo loco dicemus.

CAPVT III.

Studium hoc & propositum omnibus in genere Socys proprium est, atque adeo omnes, etsi Sacerdotes non sint, magnam in eo partem habent.

Quoniam vero nonnemo animo cadere & contristari forte posset, sibi persuadens eum, quem diximus, finem ad solos Sacerdotes, eosque qui confessiones excipiunt, ac populum pro concione docent, & hæc ministeria immediate circa proximū obeunt, spectare; hinc ad eorum qui in officiis temporalib. & exterioribus

famulantur & adiuuant, consolationem, paucis hoc loco demonstrabimus, finem hunc & studiū, plane esse omnium quotquot in Societate agūt, nec ad solos Sacerdotes & scolasticos pertinere: vt nimirum omnes norint ad quid labores ipsorum, quicumque demum ij sint, referantur, simul et eorum valor & meritum; itaque amplius ad eisdem suscipiendos animentur. Omnes ergo quotquot sumus, vnū corpus, vnā solidam Religionem, & congregationē constituiamus, totius vero huius corporis & congregationis finis est is, quē iam supra diximus, nimirū, non solū sibi, & proprio profectui ac perfectioni, per Dei gratiā attere, verū et salutē & perfectioni proximorū.

Vt autem finem hunc Religioni nostræ proprium, consequi & adipisci possimus, necesse est alios esse prædicatores: alios confessarios, alios professores, alios quoque coadiutores, qui in exterioribus ministeriis coadiuent. Quemadmodū in bello ad consequendā de hoste victoriā, necesse est alios in acie configere, alios ad impedimenta manere: & hi illis ad acriter configendū, & victoriā referendam auxilio sunt: nec minore digni præmio, quā qui ipsa manum conferunt, sed, vti ait Dauid, aqua pars erit descendenti ad prælium, & remanenti ad sarcinas. & similiter diuidet. Et addit eo loco Scriptura: Et factū est hoc ex die illa, & deinceps constitutum & quasi lex in Israel vsq; in diem hanc. Nec immerito: quia omnes pariter vnū faciunt exercitum & ad victoriā obtinendam tam hi necessarij sunt, quam illi: neque enim illi præliari possent, nisi hi impedimenta pugnantium asseruarent.

Simili modo in nostro proposito serere sibi habet: Omnes quotquot sumus, vnū corpus, vnū exercitū, vnā congregationem & aciem militum Christi, ad istuc animarū conuertendarū opus, congregatorū constituiamus: nec posset hic concionari nec ille contentib. aures dare, nec alius in schola docere, aut alius lectioni suæ incumbere, si non esset qui temporalia curaret. Vnde qui hinc intendit, etiā suo modo concionatur, conciones excipit, animas lucratur, & omnis victoriæ

In militia varia functiones.

1. Reg. 30. 24.

Alter alteri in bello necessarius.

Fratres sunt Patrum Coadiutores.